



Създадена е от императора Максимилиан I
в 1495 г. в Регенсбург.

Въпреки че това е един от най-големите
кодекси в света, той е написан на латински
език. Той съдържа всички закони, които
са валидни в империята. Той е разделен
на четири части: първата съдържа
законовете, втората - съдебните
процедури, третата - административните
законовете, а четвъртата - наказанията.
Той е един от най-важните документи
в историята на европейското право.



STATUTUM MURAVIENSIS DE DECISIONE



DECANUS COMMUNITATIS STUDII BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI,



Vanquam proba merx facile emtorem reperit, nec vino vendibili opus est suspensâ hederâ; ipsa quoque virtus sibi met vel pretium, vel merces existit: minimè tamen honorum Academicorum insignia & tituli publici propterea vel contemendi, vel omninò veniunt abrogandi: cum horum ipsorum collatione optima ingenia, quæ cum virtute suâ, secundum Comicum, sæpè in occulto latent, ex umbrâ in lucem protrahantur & toti orbi in conspectum sistantur. Τιμὴ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθλον, Honor enim est virtutis præmium, docente Philosopho in Ethicis. Cujus quidem elegantioris dicti sensus, si aliàs unquam, certè in Academicis hujusmodi solennitatibus vel in primis ruminandus & ponderandus erit. Ubi primò se offert Honor, qui Philosopho est σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης, signum bonæ opinionis de aliquo ab honorante conceptæ, propterea, quòd sperat ab ipso multa in alios beneficia promanare posse: Ciceroni verò præmium virtutis iudicio studioque civium ad aliquem idcirco delatum, quòd illud sententiis & suffragiis sit adeptus. Atque hoc vel idèò maximo cum ardore quilibet expetere debet, quia est finis vitæ civilis, i. Ethic. cap. 12. Nam hæc de causâ vel in Academia, vel in Republicâ omnes, aut vivunt, aut saltem vivere debent, ut hujusmodi opinionem, ejusque signum publicum aliquando consequantur. Hunc ob finem etiam omnes illæ honorum species excogitatæ fuerunt, quæ vel vivo, vel mortuo contingere possunt; ceu sunt præmia, primi confessus, monumenta, statuæ, panegyrici, vel in prosâ, vel in ligatâ conscripti, tituli, privilegia, & si quæ alia ab aliis Rebus publicis inventæ sunt honorum species, quibus cives ad virtutis studium extimulentur. In quibus præ cæteris Romani adeò benigni fuerunt & quasi prodigi, ut ferè cuilibet actioni peculiarem honoris speciem dicarint. Inde sunt diversissimæ illæ coronæ: Civica, muralis, navalis, vallaris, obsidionalis, ovalis, triumphalis. Gell. l. 5. Noct. Attic. cap. 6. Honor igitur est præmium. In Græco habetur vocabulum ἀθλον, quòd propriè sonat, præmium certaminis; præmium ejus, qui in certamine vincit, νικητήριον. Virtus namque, cujus honor præmium perhibetur, citra sudorem, laborem & molestiam non paratur.

*Certandum est: nulli veniunt sine Marte triumphati,
Et, nisi certanti, nulla corona datur:*


ut Baptista Mantuanus canit. *Et quidem præmium virtutis.* Hæc enim vis & potestas est honoris, si gravissimo auctori Plutarcho fides, ut qui ejus desiderio tenentur, improbi esse nullo modo possint. Omnes siquidem intelligunt, quòd in iis artibus elaborare necesse habeant, quibus ex laudes comparantur, quarum gloriam adamant. Hinc adeò est, quòd tropæa Miltiadis Themistoclem multas noctes infomes ducere cogunt. Inde est, quòd Solon censuit: Exercitiorum desiderium in adolescentibus magis accendi, si eos, qui optimè sese gesserint, conspexerint honorari, inque medio vicinorum ad minimum præconis voce proclamari. Πάν γὰρ τὸ τιμώμενον αὐξεται, ἐλαττώεται δὲ τὸ ἀτιμάζομενον, ut vetus illud Jamblichi habet. Quam ipsam quoque Serenissimi Dn. Electoris Saxonix, Domini nostri clementissimi, enixam sententiam & voluntatem esse, exinde constat, quòd cuilibet Procancellario Tenore peculiaris diplomatis injungit; seriò providere, ne quisquam meritis honoribus, debitoque laborum aut studiorum suorum præmio privetur. Cum igitur hæc omninò ita se habeant, atque honor etiam magis sit honorantis, quam honorati; non potuimus non facere, quin summum in artibus & Philosophia honorem, quem MAGISTERII vocant, SEDECIM Viris-Juvenibus publicè conferre decreverimus; qui quidem nominè tenus sunt sequentes:

CHRISTIANUS TRENTSCHIUUS Hayna-Misnicus.	MARTINUS MOGGIUS Sangerhusanus.
JOHANNES SCHULTESIUS Leisnicensis.	GEORGIUS LUDOVICUS ENGELS Schaffheimensis
JOHANNES CHRISTOPHORUS MARCUS Lipsiensis.	JOHANNES ZADER Cizensis. (Francus,
CHRISTIANUS HANEMANN Lipsiensis.	MATTHIAS MONACHUS Valle-Joachimicus Bohemus.
CASPARUS GEBHART Cynæus.	JOHANNES DEHLER Lipsiensis.
CHRISTIANUS LAUTERBACH Cizensis.	GEORGIUS CRAMER Pachrà Thuringus.
DANIEL ERNESTUS Penicensis, Rector Scholæ Rochliciensis,	GERLACUS STUTENIUS Sufatensis Westphalus.
HERMANNUS KOTTNER Chemnicensis.	ANDREAS SCHACHT Thorunio-Boruffus.

Hos siquidem legitimè tentatos, & examinatos, tam à liberali doctrinâ, quam modestâ vitâ deprehendimus ornatissimos, diu jam stipendia merentes, ignorantia victores, exterminatores ignavia; & omninò tales, quibus honor iste debeat, à quibus multa bona in alios derivatum iri, & honorem illis collatum nobis ipsis honori futurum confidamus. Cum verò huic honoris MAGISTRALIS collationi *crastini diei* melior pars (quòd feliciter fiat!) definita sit, ad ejus festivitatem Magnificum Academiæ Rectorem, omniumque ordinum ac dignitatum Viros honoratissimos, reverenter, officiosè & amicè ex hoc loco invitamus. Studiosam quoque juvenutem hortamur & monemus, ut magno agmine ad videnda hæc solennia confluant, indeque id calcaris & stimuli reportent, quòd ipsos ad omnia præclara animare & concitare valeat. P. P. d. 16. M. Aprilis. Anno CHRISTI JESU M. DC. XXXIV.

Typis RITZSCHIANIS.

Handwritten notes in cursive script, possibly a signature or date.



DECANUS COMMUNITATIS STUDII BONARUM ARTIUM


IN ACADEMIA LIPSIENSI,



Vanquam proba merx facile emtorem reperit, nec vino vendibili opus est suspensâ hederâ; ipsa quoque virtus sibi met vel pretium, vel merces existit; minimè tamen honorum Academicorum insignia & tituli publici propterea vel contemnendi, vel omninò veniunt abrogandi: cum horum ipsorum collatione optima ingenia, quæ cum virtute suâ, secundum Comicum, sæpè in occulto latent, ex umbrâ in lucem protrahantur & toti orbi in conspectum sistantur. Τιμή γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθλον, Honor enim est virtutis premium, docente Philosopho in Ethicis. Cujus quidem elegantioris dicti sensus, si aliàs unquam, certè in Academicis hujusmodi solennitatibus vel imprimis ru-

signum bonæ opinionis & suffragiis sita. i. Ethic. cap. 12. Nam huiusmodi opinione species excogitatae sunt honorum fuerunt & quasi prona: Civica, muralis, navalis, vallaris, obfionalis, ovalis, triumphalis. Gell. l. 5. Noct. Artic. cap. 6. Honor igitur est premium. In Græco habetur vocabulum ἀθλον, quod propriè sonat, premium certaminis; premium ejus, qui in certamine vincit, νικητήριον. Virtus namque, cujus honor premium perhibetur, citra sudorem, laborem & molestiam non paratur.

bus vel imprimis ru-
signum bonæ opin
manare posse: Cic
tiis & suffragiis sit
i. Ethic. cap. 12. Nam
jusmodi opinione
species excogitatae
menta, statua, pan
tae sunt honorum
fuerunt & quasi pr
rona: Civica, muralis, navalis, vallaris, obfionalis, ovalis, triumphalis. Gell. l. 5. Noct. Artic. cap. 6. Honor igitur est premium. In Græco habetur vocabulum ἀθλον, quod propriè sonat, premium certaminis; premium ejus, qui in certamine vincit, νικητήριον. Virtus namque, cujus honor premium perhibetur, citra sudorem, laborem & molestiam non paratur.



Certandum est: nulli veniunt sine Martetriumphi,

Et, nisi certanti, nulla corona datur:

ut Baptista Mantuanus canit. Et quidem premium virtutis. Hæc enim vis & potestas est honoris, si gravissimo auctori Plutarcho fides, ut qui ejus desiderio tenentur, improbi esse nullo modo possint. Omnes siquidem intelligunt, quod in iis artibus laborare necesse habeant, quibus æ laudes comparantur, quarum gloriam adamant. Hinc adeo est, quod tropæa Miltiadis Themistoclem multas noctes in somnes ducere cogunt. Inde est, quod Solon censuit: Exertiorum desiderium in adolescentibus magis accendi, si eos, qui optimè sese gesserint, conspexerint honorari, inque medio vicinorum ad minimum præconis voce proclamari. Πάν γὰρ τὸ τιμώμενον ἀυξέεται, ἐλαττέεται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον.